



Universitätsbibliothek Paderborn

De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

Landmeter, Laurentius

Lovanii, 1626

Cap. IV. Vetus mos est in monachismi adsumptione habitum mutare, & quæ ratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11007

CAPUT IV.

*Vetus mos est in monachisni adsumptione
habitum mutare. Et quae ratio.*

Can. 76
ex editio-
tione
Turri-
ni.

Eccles. hie-
rarchar p. 2.
cap. 6.

De Pal-
lio.

Basil.
v. 2. c. 12.

DE Monachis generatim sanxit Con-
cil. Nicænum i. ut monachi & mo-
niales alia indumenta & alios mores habeat
quam laici. Et in Concilio Aquigranen.
sub Ludouico pio vetitum, ne Canonici
habitum monasticum adsumerent, nisi si-
mul adsumpto eorum proposito. Et con-
stat ex S. Dyonisio, iam à temporibus Apo-
stolorum, soluisse qui monastiken profite-
bantur, vna cum vitâ etiam habitum mu-
tare. nimirum, sua quoque in melius trans-
gressis sunt signa, vt loquutus est Tertull.
Et sicut proprium est aliquid militi in habitu
vestimenti, & alius est habitus Senatoris ex
quo intelligitur quod ille Senator est, & ille
miles: ita etiam Christianus monachus habe-
re aliquid proprium ex ordinatione indumen-
ti ipsius debet.

Quid vero haec vestis mutatio doceat,
audi

ET MONACHORVM HABITV 115
audi ipsum Dyonisium. Prioris vestis post-^{sup.}
tio, alteriusque adsumptio, migrationem il-
lam à mediâ vitâ (sacralicet) ad perfectio-
rem significat: sicut in diuina regeneratio-
ne, promotionem indicabat à purgatâ vitâ
ad contemplantem illuminantemque habi-
tum, illa vestis candens immutatio. Et
habere vestis religiosæ gestationem non
leue momentum in religiosis cohibendis,
ne à professione sua exorbitent, & aliud
viant quam vestiuntur, grauiter alibi
monuit Cuyckius. Seruit enim hic il-
lud Sancti Hieronymi, Epistol. ad Fu-
riam. Aut loquendum nobis (de cæteris
actionibus eadem est ratio) ut vestiti
sumus, aut vestiendum ut loquimur. Nam
velut pedagogus quis est infirmioribus ha-
bitus iste religiosior, ut etiam inuitos ab
opere in honesto indecenteque custodiat. Verè
enim Tertull. Grande pallij beneficium est
sub cuius recognitatu improbi mores vel eru-<sup>Basil.
sup.</sup>
bescunt. Hâc ratione tam apud Palladium
quam in Græcorum Euchologio vocatur
habitus Angelicus nimirum, quia moneat

Lib cœ.
Conon-
binar.
Sacer-
in Epist.
ad Eu-
riam.

De Pal-
lio.

P 2 sic



116 DE VETERE CLERICORVM
sic vestitum cogitare illud Apostoli. No-
stra conuersatio est in cælis. Vnde est seuera
Ecclesiæ césura in Religiosum temerè de-
Commē.
ad reg.
S. Aug.
ponentem habitum. de quâ nos alibi la-
tius diximus. Et in hunc finem mos obti-
nuit, ut Religiosæ vestes certo ritu & pre-
ce benedicantur; nimirum, ut hæc externa
ornamenta pījs Christi athletis in eum pro sint
in Apol.
Morol.
Cathol.
P. A.
finem, in quem sunt pietatis aut conseruandæ,
aut promouendæ studio adsumpta, inquit
Lindanus.

C A P Y T V.

*Habitui monastico semper honos habitus de-
claratur exemplis.*

Hinc tanta quo quis sæculo huic habi-
tui reuerentia delata; Deo hanc pie-
tatem miraculis & alijs de cælo testimo-
nijs adprobante. Theodosius Imperator
religiosissimus, & de quo cecinit Clau-
dianus, quamuis à nomine Christi alienus,
*O nimium dilecte Deo, cui militat ather,
Et coniurati veniunt ad classica venti.*
Hic: